dalis. tunc manifestum est q fortes transibit a mi-  
nori quantitate quam sit quantitas alicuius isto-  
rum ad maiorem quantitate quam sit quāritas  
alicuius istorum: et tamen nunquāz transibit per  
quantitatem equalem cuiuslibet quantitati illorum  
Quare ista consequentia nichil valet a. transibit  
a minori quāitate quantitate istorū. ad maiores  
quantitatem quāitate istorum ergo per equalem  
quantitatem cui libet quantitati istorum. Et totū  
hoc prouenit a termino distributo. ¶ Sequitur se-  
cundo q ista consequentia nichil valet iste angul<sup>o</sup>  
transit a minori angulo quam sit angulus semi-  
circuli ad maiorem angulum quam sit angul<sup>o</sup> se-  
micirculi ergo transit per equalem. ¶ Patet hoc  
correlarium in hac figura.

i. correl.

et corref.  
Espani  
pme. 16.  
pclu. ter-  
ti. ele. eu  
Bzuar.  
duo capi-  
te. 4. con-  
clusio. 7.



Et est campam in comento decime sexte conclusio-  
nis tertii elementorum euclidis vbi ostendit simi-  
les argumentationes non valere. Et idem panit  
brauardū in capitulo de circulis conclusio septis



per consequens talis potentia agit a proportione dupla alterius proportionis. Nam antea agebat a dupla et modo a quadrupla, sed quadrupla est dupla duplae, ut patet intelligenti sextum capitulum secundae partis, igitur agit a duplo maiori velocitate, quoniam velocitas sequitur proportionem proportionum, ut patet ex prima suppositione praecedentis capituli. et per consequens corrumpit tantum resistantiae in secunda parte proportionali proportione dupla, et per consequens non uniformiter. Quod fuit probandum. ¶ Dices forte concedendo, quod infertur, videlicet quod nulla resistantia potest uniformiter deperdi in aliquo tempore, sed hoc non est contra conclusiones.

Sed contra, quia manifestum est hoc esse contra vicesimam conclusionem, igitur. Item resistantia potest uniformiter remitti a potentia, igitur solutio nulla. Arguitur antecedens, et pono casum, quod aequo velociter proportionabiliter sicut remittitur resistantia ab aliqua potentia, ita proportionabiliter potentia decrescat, ita quod potentiae ad resistantiam maneat continuo eadem proportio. Quo posito motus continuo erit uniformis, igitur uniformiter deperdetur tunc resistantia. Quod vero tunc motus erit uniformis, patet ex decima octava conclusione praecedentis capituli.

Respondeo igitur ad argumentum negando antecedens, et ad probationem pono duas conclusiones:

Prima conclusio: nulla resistantia potest uniformiter deperdi per actionem alicuius potentiae non variatae nec ab extrinseco impeditae. Patet haec conclusio ex deductione argumenti.

Secunda conclusio: aliqua resistantia potest uniformiter remitti ab aliqua potentia continuo aequo proportionabiliter variata et minorata cum sua resistantia, vel aequo proportionabiliter impedita, sicut resistantia remittitur. Patet haec conclusio ex deductione replicae. Et dico notanter aut aequo proportionabiliter impedita et cetera, quoniam si sit aliqua resistantia ut 4, quae remittatur a potentia ut 8 non variata, sed ab aliquo extrinseco impedita taliter, quod quando resistantia fuerit ut 3, impediatur duo gradus activitatis ipsius potentiae, et quando resistantia fuerit ut duo, impediatur alii duo gradus activitatis ipsius potentiae, continuo fiet actio a proportione dupla.


¶ Sequitur ex istis correlarium, quod ubicumque aliqua potentia agit in suam resistantiam eam corrumpendo sine reactione, necesse est resistantiam difformiter remitti ceteris aliis paribus, et ubicumque potentia introducit in aliquod passum suam qualitatem, difformiter eam introducit ceteris aliis paribus.

Quarto contra easde[m] conclusiones arguitur sic, quia si illae essent verae, sequeretur haec conclusio, quod omnes potentiae invariatae sive aequales sive inaequales idem medium non variatum transeuntes, in quo acquiritur aut deperditur motus, eandem latitudinem motus acquirerent vel deperderent, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela est nota, quia aequales proportionales acquirerent vel deperderent igitur aequales latitudines motus. Sed falsitas consequentis ostenditur, et pono casum, quod sit unum medium uniformiter difforme a gradu usque ad certum gradum intensiorem, et volo, quod sint duae potentiae aequales | A et B, quarum una, puta A, incipiat moveri a medio gradu versus extremum intensius, et alia, puta B, incipiat moveri ab extremo remissiori versus medium. Quo posito sic argumentor: maiorem proportionem habet B potentia ad quodlibet punctum medietatis remissioris, quam habeat A ad simile punctum sive correspondens medietatis intensioris, crescat igitur ipsum A quo ad, usque ad quodlibet punctum medietatis intensioris habeat maio-

rem proportionem, quam B ad [habeat] simile punctum medietatis remissioris, et capio instans, in quo A habet aequalem proportionem ad quodlibet punctum medietatis intensioris, sicut B [habet] ad simile punctum medietatis remissioris, et volo, quod continuo moveatur a tali proportione. Quo posito sequitur, quod A aequaliter movebitur per medietatem intensiorem sicut B per medietatem remissio-riorem, et aequalem latitudinem motus deperdet A per intensiorem movendo sicut B per medietatem remissio-riorem, sed B minorem latitudinem deperdet per intensiorem medietatem movendo quam per remissio-riorem, ergo per intensiorem medietatem minorem latitudinem motus deperdit B quam A, et per consequens non aequalem. Quod fuit probandum.

Respondeo ad argumentum admittendo casum et negando illud, quod assumitur vel supponitur, videlicet quod dabile sit instans, in quo A habeat talem proportionem ad quodlibet punctum medietatis intensioris, qualem habet B ad punctum simile sive correspondens in medietate remissiori.

Quamvis enim possibile sit, quod habeat maiorem et quod habeat minorem, non tamen quod habeat aequalem. ¶ Ex quo sequitur primo, quod haec consequentia nihil valet: A transit de minori ad maius, ergo A transit per aequale. Instantia enim est in proposito. Transit enim A de minori proportione respectu cuiuslibet puncti ad maiorem et non aequalem cuiuslibet puncto. Analogia potest faciliter capi, quoniam dato, quod sint hic tres homines, quorum nullus est Socrates, et min[us] illorum sit pedalis, alter bipedalis et maximus tripedalis, et sit Socrates semipedalis, et crescat successive Socrates, quoad usque sit quadrupedalis, tunc manifestum est, quod Socrates transibit a minori quantitate, quam sit quantitas alicuius istorum, ad maiorem quantitatem, quam sit quantitas alicuius istorum, et tamen numquam transibit per quantitatem aequalem cuiuslibet quantitati illorum. Quare ista consequentia nihil valet: A transibit a minori quantitate quantitate istorum ad maiorem quantitatem quantitate istorum, ergo per aequalem quantitatem cuiuslibet quantitati istorum. Et totum hoc provenit a termino distributo. ¶ Sequitur secundo, quod ista consequentia nihil valet: iste angulus transit a minori angulo, quam sit angulus semicirculi, ad maiorem angulum, quam sit angulus semicirculi, ergo transit per aequalem. Patet hoc correlarium in hac figura.



Alvarus Thomas, *Liber de triplici motu*, S. 69.

Et est Campani in commento decimae sextae conclusionis tertii elementorum Euclidis, ubi ostendit similes argumentationes non valere. Et idem ponit Bravardinus in capitulo de circulis conclusione septima.



Primi tractatus

argumē-  
tū calcu.

**Quinto arguitur sic Si ille regule**  
essent vere: sequeretur qd si aliqua resistentia vni-  
formiter pportionaliter cresceret respectu dua-  
rum potentiarum equalium potentium moueri cū  
tali resistentia: tales potentie vniiformiter remit-  
terent motus suos, sed consequens est falsum igitur  
illud ex quo sequitur. Sequela est nota, et falsitas  
consequentis ostenditur, qd ex illo sequitur qd  
aliquae due potentie equales ab eodem gradu ve-  
locitatis incipiunt remittere motus suos ad non  
gradum semper eque velociter remittendo, et nihilo-  
minus non equaliter mouentur sed consequens  
manifeste implicat igitur illud ex quo sequitur.  
Sequela probatur et pono duas potentias equales  
vt. s. a. videlicet et b. et capio duo media equa-  
lis resistentie c. videlicet et d. resistentie vt. 4. et c. sit  
pedalis quantitas et d. semipedalis. et moueatur  
a. potentia supra c. pedale: et b. supra d. semipe-  
dale per horam, et crescat resistentia vtriusque eque p-  
portionaliter vniiformiter per horam in qua d.  
semipedale rarefiat vniiformiter secundum partem  
non pertransitam: taliter qd in fine hore sit etiam  
pedale sicut c. quo posito arguitur sic a. et b. incipi-  
unt remittere motus suos ab equali gradu veloci-  
tatis propter eque pportionale crementum res-  
sistentie: et mouebuntur semper vniiformiter: et ta-  
men non mouebuntur eque velociter in illa hore.  
igitur propositum. Maior patet ex casu et minor  
probat quoniam a. pertransibit c. pedale in ho-  
ra et b. non pertransibit d. quod in fine precise erit  
pedale nec aliquid tantum: igitur non equaliter  
mouebuntur. Maior patet ex casu et minor pba-  
tur quoniam b. remittit motum suum ad non gra-  
dum in illa hore et d. spacium vniiformiter rarefit  
secundum partem non pertransitam ergo aliquod  
in hore aliqua pars non transita velocius mo-  
uebitur quam ipsum b. et per consequens nunquam  
ipsum b. perueniet ad illam partem. patet hec co-  
sequentia Nam si aliquid mobile mouetur in ali-  
quo medio: et pars aliqua ipsius mediū antecede-  
s mouetur velocius ipso mobili: nunquam illud mobile  
perueniet ad illam partem vt satis constat sed sic  
fit in proposito igitur. ¶ Et confirmatur quoniam  
si illud consequens esset verum sequeretur in casu  
posito qd b. pertransiret d. ante finem hore et tamē  
non pertransiret in hore ipsum d. hoc manifeste im-  
plicat igitur. Secunda pars huius consequentis  
deducta est. et prima probatur supponendo qd qn  
aliquid mouetur vniiformiter difformiter vsq; ad  
non gradum in aliquo tempore: spacium pertransi-  
tum in prima medietate illius temporis est tri-  
plum ad spacium pertransitum in secunda medie-  
tate vt postea in capite tertio secundi tractatus ostē-  
detur. Suppono secundo qd d. semipedale in instā-  
ti medio temporis motus erit tres quartas patet  
Quoniam ipsum d. acquirit semipedalem quan-  
titate hore acquiri medietates semipedalis puta  
vnam quartam adequate. Quo posito sic argumē-  
tor motus ipsius b. est vniiformiter difformis ad  
non gradum in illa hore vt patet ex casu et moue-  
tur equaliter cum a. sed a. in prima medietate ho-  
re pertransit tres quartas pedalis vt patet ex pri-  
ma suppositione: igitur tunc b. pertransit tres qr-  
tas pedalis adeq; ipsius d. s. d. sic adeq; et qua-  
ntitatis trium quartarum vt patet ex secunda sup-  
positione: igitur tunc d. in medio hore est adequate  
pertransitum quod fuit probandum. Confirmatur  
secundo quia si illud consequens esset verū se-

1. confir-  
tio,

2. confir.

Capitulum sextum

queretur qd per motum vniiformiter difformē ad  
non gradum non pertransiret in triplo maius  
spacium in prima medietate temporis quam in se-  
cunda sed illud consequens est falsum vt infero  
copre allegato ostenditur igitur illud ex quo se-  
quitur. Sequela probatur quoniam in casu  
posito in instanti medio temporis. b. non pertran-  
sit tres quartas: et illud est triplum spacium ad re-  
siduum pedalis puta ad vnam quartam igitur pro-  
positum. Minor est nota et maior probatur quo-  
niam ex casu d. spacium siue medium debet conti-  
nue per horam vniiformiter rarefieri secundum par-  
tem non pertransitam: ergo in ipsa hore in quoli-  
bet instanti intrinseco debet esse aliqua pars non  
pertransita: sed si in medio instanti temporis b. p-  
transiret tres quartas in illo instanti ipsum b. est  
set in termino illius spacii et nulla pars tunc esset  
non pertransita (Erit enim d. spacium in instanti  
medio adequate quantitatis trium quartarū pe-  
dalis adequate vt probatum est in anteriori con-  
firmatione) igitur in tali instanti ille tres quarte  
non sunt adequate pertransite quod fuit proban-  
dum. Alias enim iam non rarefieret tunc secu-  
dum partem non pertransitam. ¶ Confirmatur ter-  
tio quia si illud consequens esset verū sequeretur  
in casu posito qd cū motus vniiformiter difformis  
deveniret ad velocitatem equalem velocitati rare-  
factionis (rarefactio enim motus localis est) nul-  
lum penitus punctum talis spacii posset pertran-  
sire. quoniam post illud instans quodlibet punctus  
precedens mobile mouebitur velocius ipso mobi-  
li quoniam tale punctum mouebitur vniiformiter  
et b. continuo remittet motum suum. sed hoc est fal-  
sum igitur illud ex quo sequitur. Falsitas conse-  
quens ostenditur quoniam tunc sequeretur qd b. si ea-  
quam deveniret ad non gradum motus: cessaret  
moueri super dato spacio vel in dato spacio d.  
Item sequeretur qd ipsum b. equalis potētie cū a.  
non posset pertransire equalem resistentiam cū a.  
et hoc est impossibile igitur. Sequela probat quo-  
niam b. non potest pertransire mediu p. postquam  
deveniret ad equalitatem motus cum medio: et ta-  
men medium d. est equalis resistentie cui medio c.  
quod pertransit a. igitur propositum.

**Respondeo hęc vter ad argumentum**  
cum duabus confirmationibus non admittendo  
casum. Argumenta enim probant casum implica-  
re probant enim qd b. nunquam deveniet ad ter-  
minum ipsius d. et confirmatio prima pbat qd de-  
ueniet ad terminum eius in medio instanti tempo-  
ris: et sic implicat qd rarefiat dūtaxat secundum par-  
tem non pertransitam cum ceteris particulis ca-  
sus. ¶ Pro solutione tertie confirmationis sup-  
ponendum est qd rarefactio est motus localis. Se-  
cundo supponendum est qd duplex est medium per  
quod aliquid mouetur quando ipsum mediū rare-  
fit. Quoddam enim est medium quod per motus  
suum etiam mouet mobile in eo existens. cuius mo-  
di est nauis que mouet nauā ad motū suū: ut a qd si  
nauis moueatur versus illam partem versus quam  
mouetur nauis duplici motu mouetur: et motu na-  
uis et motu proprio. Ita etiam fit de homine nauā  
te in flumine qui si natet versus fluctum illius flu-  
minis duplici motu mouetur et motu proprio et  
motu fluminis trahentis ipsum. Aliud est mediū  
ad cuius motum localem nō mouetur mobile in eo  
existens cuiusmodi est aer. Duidit enim mobile  
potius aerem quam trahetur ab aere. ¶ His possi-  
tis respondeo ad confirmationem distinguendo

3. confir.

duplex ē  
mediū p  
qd aliqd  
mouetur



Quinto arguitur sic: si illae regulae essent verae, sequeretur, quod si aliqua resistentia uniformiter proportionabiliter cresceret respectu duarum potentiarum aequalium potentium moveri cum tali resistentia, tales potentiae uniformiter remitterent motus suos, sed consequens est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela est nota et falsitas consequentis ostenditur, quia ex illo sequitur, quod aliquae duae potentiae aequales ab eodem gradu velocitatis incipiunt remittere motus suos ad non gradum semper aequae velociter remittendo, et nihilominus non aequaliter moventur, sed consequens manifeste implicat, igitur illud, ex quo sequitur.

Sequela probatur, et pono duas potentias aequales ut 8, A videlicet et B, et capio duo media aequalis resistentiae, C videlicet et D resistentiae ut 4, et C sit pedalis quantitatis, et D semipedalis, et moveatur A potentia supra C pedale, et B supra D semipedale per horam, in qua D semipedale rarefiat uniformiter secundum partem non pertransitam taliter, quod in fine horae sit etiam pedale sicut C. Quo posito arguitur sic: A et B incipiunt remittere motus suos ab aequali gradu velocitatis propter aequae proportionale crementum resistentiae, et movebuntur semper uniformiter, et tamen non movebuntur aequae velociter in illa hora. Igitur propositum. Maior patet ex casu, et minor probatur, quoniam A pertransibit C pedale in hora, et B non pertransibit D, quod in fine praecise erit pedale nec aliquod tantum, igitur non aequaliter movebuntur. Maior patet ex casu et minor probatur, quoniam B remittit motum suum ad non gradum in illa hora, et D spatium uniformiter rarefit secundum partem non pertransitam, ergo aliquando in hora, aliqua pars non transita velocius movebitur quam ipsum B, et per consequens numquam ipsum B perveniet ad illam partem. Patet haec consequentia. Nam si aliquid mobile movetur in aliquo medio, et pars aliqua ipsius medii antecedens movetur velocius ipso mobili, numquam illud mobile perveniet ad illam partem, ut satis constat, sed sic fit in proposito igitur. ¶ Et confirmatur quoniam, si illud consequens esset verum, sequeretur in casu posito, quod B pertra[n]siret D ante finem horae, et tamen non pertransiret in hora ipsum D, hoc manifeste implicat, igitur. Secunda pars huius consequentis deducta est, et prima probatur supponendo, quod quando aliquid movetur uniformiter difformiter usque ad non gradum in aliquo tempore, spatium pertransitum in prima medietate illius temporis est triplum ad spatium pertransitum in secunda medietate, ut postea in capite tertio secundi tractatus ostendetur. Suppono secundo, quod D semipedale in instanti medio temporis motus erit tres quartae, ut patet. Quoniam ipsum D acquirit semipedalem quantitatem uniformiter in illa hora, igitur in prima medietate horae acquirit medietatem semipedalis, puta unam quartam adaequate. Quo posito sic argumentor: motus ipsius B est uniformiter difformis ad [n]on gradum in illa hora, ut patet ex casu, et movetur aequaliter cum A, sed A in prima medietate horae pertransit tres quartas pedalis, ut patet ex prima suppositione, igitur tunc B pertransit tres quartas pedalis adaequate ipsius D, sed D tunc adaequate est quantitatis trium quartarum, ut patet ex secunda suppositione, igitur tunc D in medio horae est adaequate pertransitum. Quod fuit probandum. Confirmatur secundo, quia si illud consequens esset verum, sequeretur, | quod per mo-

tum uniformiter difformem ad non gradum non pertransiretur in triplo maius spatium in prima medietate temporis quam in secunda, sed istud consequens est falsum, ut inferius loco praeallegato ostendetur, igitur illud, ex quo sequitur. Sequela probatur, quoniam in casu posito in instanti medio temporis B non pertransit tres quartas, et illud est triplum spatium ad residuum pedalis, puta ad unam quartam, igitur propositum. Minor est nota, et maior probatur, quoniam ex casu B spatium sive medium debet continu[o] per horam uniformiter rarefieri secundum partem non pertransitam, ergo in ipsa hora in quolibet instanti intrinseco debet esse aliqua pars non pertransita, sed si in medio instanti temporis B pertransiret tres quartas in illo instanti, ipsum B esset in termino illius spatii, et nulla pars tunc esset non pertransita. (Erit enim D spatium in instanti medio adaequate quantitatis trium quartarum pedalis adaequate, ut probatum est in anteriori confirmatione.) Igitur in tali instanti ille tres quartae non sunt adaequate pertransitae. Quod fuit probandum. Alias enim iam non rarefieret tunc secundum partem non pertransitam. ¶ Confirmatur tertio, quia si illud consequens esset verum, sequeretur in casu posito, quod cum motus uniformiter difformis deveniret ad velocitatem aequalem velocitati rarefactionis (rarefactio enim motus localis est) nullum penitus punctum talis spatii posset pertransire, quoniam post illud instans quodlibet punctum praecedens mobile movebitur velocius ipso mobili, quoniam tale punctum movebitur uniformiter, et B continuo remittet motum suum, sed hoc est falsum, igitur illud, ex quo sequitur. Falsitas consequentis ostenditur, quoniam tunc sequeretur, quod B, antea quam deveniret ad non gradum motus, cessaret moveri super dato spatio vel in dato spatio D.

Item sequeretur, quod ipsum B aequalis potentiae cum A non posset pertransire aequalem resistentiam cum A, et hoc est impossibile, igitur. Sequela probatur, quoniam B non potest pertransire medium D, postquam deveniret ad aequalitatem motus cum medio, et tamen medium D est aequalis resistentiae cum medio C, quod pertransit A, igitur propositum.

Respondeo breviter ad argumentum cum duabus confirmationibus non admittendo casum. Argumenta enim probant casum implicare. Probant enim, quod B nunquam deveniet ad terminum ipsius D, et confirmatio prima probat, quod deveniet ad terminum eius in medio instanti temporis, et sic implicat, quod rarefiat dumtaxat secundum partem non pertransitam cum ceteris particulis casus. ¶ Pro solutione tertiae confirmationis supponendum est, quod rarefactio est motus localis. Secundo supponendum est, quod duplex est medium, per quod aliquid movetur, quando ipsum medium rarefit. Quoddam enim est medium, quod per motum suum etiam movet mobile in eo existens, cuiusmodi est navis, quae movet nautam ad motum sui, ita quod si nauta moveatur versus illam partem, versus quam movetur navis, duplici motu movetur et motu navis et motu proprio. Ita etiam sit de homine natante in flumine, qui si natet versus fluctum illius fluminis, duplici motu movetur, et motu proprio et motu fluminis trahentis ipsum. Aliud est medium, ad cuius motum localem non movetur mobile in eo existens, cuiusmodi est aer. Dividit enim mobile potius aerem, quam trahetur ab aere. ¶ His positus respondeo ad confirmationem distinguendo

**Primi tractatus**

illatum quia aut illud medium d. est medium primo modo pura trahens mobile cuiusmodi est nauis aut aqua trahens natantem et sic ego nego se quelam. Dico enim q. tale mobile quod p. tale medium mouetur: mouetur tota velocitate qua mouetur ipsum medium et insuper velocitate propria: et sic aggregatum ex illis duabus velocitatibus constituit velocitatem maiorem velocitate qua mouetur ipsum mobile per rarefactionem. Et sic potest semper pertinere quam diu mouetur: aliquod punctum procedens ipsum, quoniam quam diu mouetur intensior velocitate computatis utriusque velocitatibus mouetur quam aliquod punctum procedens ipsum. Sed cum motu proprio deuenit ad non gradum mouebitur a medio distaretur et semper manebit in eodem puncto medi. Si vero medium d. sit medium secundo modo non trahens ipsum mobile concedo illatum et ad probationem dico q. non habeo pro inconuenienti quando una illarum resistentiarum mouetur et alia quiescit. Ibi enim cetera non sunt paria. ¶ Hec argumenta partim sunt ex calculatoze traducta: que ideo huic operi interferunt quoniam aliquid subtilitatis et difficultatis pre se ferunt. Tum etiam ut redderetur ipse calculator peruius et vadis plenus.

calculato

¶ Septimum capitulum in quo inquiritur: vtrum aliqua potentia non variata per medium vniforme aut difforme vniiformiter ad non gradum vel ad gradum suum motum remittere aut intendere valeat.

**U**tea materia que i titulo huius capitis tangitur valeat clare expeditur: ponam aliquas conclusiones quibus probandis vnicam duobus correlariis ad istam suppositionem premitram. Que talis est.

**Si b. latitudo motus minor et a. maior** diminuantur vniiformiter in tempore equali vel inequali perdendo adequate equalem latitudinem motus: maior est proportio motus b. in prima medietate temporis in quo ipsum b. diminuitur ad seipsum in secunda medietate eiusdem temporis quam sit motus a. in prima medietate temporis in quo ipsum a. diminuitur ad seipsum in secunda medietate eiusdem temporis. ¶ Patet hec suppositio ex secunda parte secundi correlarij prime conclusionis vltimi capitis secunde partis hoc addito q. motus vniiformiter difformis et vniiformiter remissus correspondet motui existenti in medio instanti temporis in quo remittitur vniiformiter: quia talis motus est suus gradus medius. ¶ Ex quo sequitur primo q. si b. potentia minor in aliquo tempore c. medium transeundo vniiformiter remittit motum suum: maior est proportio velocitatis ipsius b. in prima medietate temporis in quo b. vniiformiter remittit motum suum ad velocitatem secunde medietatis eiusdem temporis quam velocitatis ipsius a. in prima medietate temporis in quo idem a. vniiformiter remittit motum suum ad velocitatem secunde medietatis eiusdem temporis. ¶ Patet hoc correlarium ex suppositione quia quando b. potentia minor vniiformiter remittit motum suum in aliquo tempore c. medium transeundo: et a potentia maior in tempore minori etiam vniiformiter remittit motum suum: iam latitudo motus qua mouetur b. potentia minor et latitudo motus ma-

correl.

**Capitulum septimum**

69

ior qua mouetur a. potentia maior in tempore equali vel inequali diminuantur vniiformiter equalem latitudinem adequate deperdendo ergo maior est proportio motus siue velocitatis ipsius b. in prima medietate temporis in quo ipsum b. vniiformiter remittit motum suum ad motum quo idem b. mouetur in secunda medietate eiusdem temporis quam sit proportio motus ipsius a. in prima medietate temporis in quo vniiformiter remittit motum suum ad motum in secunda medietate eiusdem temporis. Consequentia patet ex suppositione et antecedens ex ista conclusione. Diuerse potentie inuariate idem medium inuariatum transeuntes (Nam de inuariatis potentis et medio inuariato est sermo) in quo medio acquiruntur aut deperditur motus equalem latitudinem motus acquirunt vel deperdunt. ¶ Ex quo sequitur secundo q. si b. potentia minor in d. tempore c. medium transeundo vniiformiter remittit motum suum: et a. potentia maior in e. tempore mouendo equalem latitudinem motus vniiformiter deperdit adequate sicut b. tunc si velocitatis b. in prima medietate d. temporis ad velocitatem eiusdem b. in secunda medietate eiusdem temporis sit f. proportio: minor proportio erit velocitatis a. in prima medietate e. temporis ad velocitatem a. in secunda medietate eiusdem temporis quam f. proportio. ¶ Patet hoc correlarium ex suppositione.

correl.

**His premissis sit prima conclusio** Aliqua potentia non variata semper transeundo resistentiam vniiformem: vniiformiter continuo remittit motum suum ad non gradum et ad gradum. ¶ Probatur hec conclusio et volo q. sit aliquod medium vniiforme resistentis vt. 4. et potentia vt. 8. non variata moueatur per illud: sic tamen q. illud medium crescat in resistentia vniiformiter proportioneabili per totum: ita q. in equalibus temporibus equales proportionales resistentiarum acquirat per totum quoad sit resistentia vt. 8. quo posito illud mobile transeundo illud medium remittit motum suum vniiformiter primo ad certum gradum deinde ad non gradum igitur conclusio vera. Antecedens probatur quoniam resistentia crescit semper eque proportionabiliter igitur potentia non variata mouens per eam vniiformiter motum suum remittit siue ad gradum siue ad non gradum. ¶ Patet consequentia ex sexta et quarta suppositionibus quia capitis huius tractatus coniunctis. ¶ Hic tamen tu aduerte q. quibus illa potentia non variata semper mouetur per medium vniiforme hoc est per medium quod in quolibet instanti temporis in quo mouetur est vniiforme: per nullum tamen medium aliqua vniiformitate vniiforme semper mouetur quia illud medium continuo habet aliam et aliam vniiformitatem. ¶ Ex quo sequitur q. aliqua potentia non variata semper transeundo medium quod in quolibet instanti temporis in quo mouetur est vniiforme: vniiformiter intendit motum suum ¶ Patet si illa potentia vt. 8. incipiat moueri per resistentiam vt. 8. vniiformiter proportionabiliter in resistentia decrecentem per totum.

correl.

**Secunda conclusio** Aliqua potentia non variata pertranseundo medium difforme: vniiformiter remittit motum suum et ad gradum et ad non gradum. ¶ Probatur hec conclusio et capitulo duo media equalis quorum vtriusque sit resistentia vt. 4. per totum: et volo q. fiat de vno illorum omnino eodem modo sicut ponitur in precedenti conclusio



illatum, quia aut illud medium D est medium primo modo, puta trahens mobile, cuiusmodi est navis, aut aqua trahens natantem, et sic ego nego sequelam. Dico enim, quod tale mobile, quod per tale medium movetur, movetur tota velocitate, qua movetur ipsum medium et insuper velocitate propria, et sic aggregatum ex illis duabus velocitatibus constituit velocitatem maiorem velocitate, qua movetur ipsum mobile per rarefactionem. Et sic potest semper pertingere, quamdiu movetur aliquod punctum praecedens ipsum, quoniam quamdiu movetur intensiori velocitate (computatis utriusque velocitatibus), movetur quam aliquod punctum praecedens ipsum. Sed cum motu proprio devenerit ad non gradum, movebitur a medio dumtaxat, et semper manebit in eodem puncto medii. Si vero medium D sit medium secundo modo non trahens ipsum mobile, concedo illatum, et ad probationem dico, quod non habeo pro inconvenienti, quando una illarum resistentiarum movetur, et alia quiescit. Ibi enim cetera non sunt paria. ¶ Haec argumenta partim sunt ex calculatore traducta, quae ideo huic operi interserui, quoniam aliquid subtilitatis et difficultatis prae se ferunt. Tum etiam, ut redderetur, ipse calculator pervius et vadis plenus.

### 7. Kapitel des 1. Traktats des 3. Teils

#### **Septimum capitulum, in quo inquiritur, utrum aliqua potentia non variata per medium uniforme aut difforme uniformiter ad non gradum vel ad gradum suum motum remittere aut intendere valeat**

Antea materia, quae in titulo huius capituli tangitur, valeat clare expediri, ponam aliquas conclusiones, quibus probandis unicum duobus correlariis adiunctam suppositionem praemittam. Quae talis est:

Si B latitudo motus minor et A maior diminuuntur uniformiter in tempore aequali vel inaequali perdendo adaequate aequalem latitudinem motus, maior est proportio motus B in prima medietate temporis, in quo ipsum B diminuitur, ad seipsum in secunda medietate eiusdem temporis, quam sit motus A in prima medietate temporis, in quo ipsum A diminuitur, ad seipsum in secunda medietate eiusdem temporis. Patet haec suppositio ex secunda parte secundi correlarii primae conclusionis ultimi capituli secundae partis, hoc addito, quod motus uniformiter difformis et uniformiter remissus correspondet motui existenti in medio instanti temporis, in quo remittitur uniformiter, quia talis motus est suus gradus medius. ¶ Ex quo sequitur primo, quod si B potentia minor in aliquo tempore C medium transeundo uniformiter remittit motum suum, et A potentia maior in tempore minori (ut oportet) idem C medium transeundo uniformiter remittit motum suum, maior est proportio velocitatis ipsius B in prima medietate temporis, in quo B uniformiter remittit motum suum, ad velocitatem secundae medietatis eiusdem temporis, quam velocitatis ipsius A in prima medietate temporis, in quo idem A uniformiter remittit motum suum, ad velocitatem secundae medietatis eiusdem temporis. Patet hoc correlarium ex suppositione, quia quando B potentia minor uniformiter remittit motum suum in aliquo tempore C medium transeundo, et A potentia maior in tempore minori etiam unifor-

miter remittit motum suum, iam latitudo motus, qua movetur B potentia, minor et latitudo motus maior, | qua movetur A potentia maior, in tempore aequali vel inaequali diminuuntur uniformiter aequalem latitudinem adaequate deperdendo, ergo maior est proportio motus sive velocitatis ipsius B in prima medietate temporis, in quo ipsum B uniformiter remittit motum suum, ad motum, quo idem B movetur in secunda medietate eiusdem temporis, quam sit proportio motus ipsius A in prima medietate temporis, in quo uniformiter remittit motum suum, ad motum in secunda medietate eiusdem temporis. Consequentia patet ex suppositione et antecedens ex ista conclusione. Diversae potentiae invariantae idem medium invariantum transeuntes, (nam de invariantis potentiis et medio invarianto est sermo), in quo medio acquiritur aut deperditur motus, aequalem latitudinem motus acquirunt vel deperdunt. ¶ Ex quo sequitur secundo, quod si B potentia minor in D tempore C medium transeundo uniformiter remittit motum suum, et A potentia maior in E tempore movendo aequalem latitudinem motus uniformiter deperdit adaequate sicut B, tunc si velocitatis B in prima medietate D temporis ad velocitatem eiusdem B in secunda medietate eiusdem temporis sit F proportio, minor proportio erit velocitatis A in prima medietate E temporis ad velocitatem A in secunda medietate eiusdem temporis quam F proportio. Patet hoc correlarium ex suppositione.

His praemissis sit prima conclusio: aliqua potentia non variata semper transeundo resistentiam uniformem uniformiter continuo remittit motum suum ad non gradum et ad gradum.

Probatur haec conclusio, et volo, quod sit aliquod medium uniforme resistens ut 4, et [sit] potentia ut 8, quae non variata moveatur per illud, sic tamen quod illud medium crescat in resistentia uniformiter proportionabiliter per totum, ita quod inaequalibus temporibus aequales proportionales resistentiarum acquirat per totum, quo ad sit resistentia ut 8. Quo posito illud mobile transeundo illud medium remittit motum suum uniformiter primo ad certum gradum deinde ad non gradum, igitur conclusio vera. Antecedens probatur, quoniam resistentia crescit semper aequae proportionabiliter, igitur potentia non variata movens per eam uniformiter motum suum remittit sive ad gradum sive ad non gradum. Patet consequentia ex sexta et quarta suppositionibus quinti capituli huius tractatus coniunctis. ¶ Hic tamen tu advertes, quod quamvis illa potentia non variata semper movetur per medium uniforme, hoc est per medium, quod in quolibet instanti temporis, in quo movetur, est uniforme, per nullum tamen medium aliqua uniformitate uniforme semper movetur, quia illud medium continuo habet aliam et aliam uniformitatem. ¶ Ex quo sequitur, quod aliqua potentia non variata semper transeundo medium, quod in quolibet instanti temporis in quo movetur est uniforme, uniformiter intendit motum suum. Patet, si illa potentia ut 8 incipiat moveri per resistentiam ut 8 uniformiter proportionabiliter in resistentia decrescentem per totum.

Secunda conclusio: aliqua potentia non variata pertranseundo medium difforme, uniformiter remittit motum suum et ad gradum et ad non gradum. Probatur haec conclusio, et capio duo media aequalia, quorum utrumque sit resistentiae ut 4 per totum, et volo, quod fiat de uno illorum omnino eodem modo, sicut ponitur in praecedenti conclusione,